Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36488
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

namento carnis mundant. et spe proficientes sanctificationem in timore dei
cum coniugum ita fruunt hoc mundo. ut sedulo eleemosinarum largitione
futuri sibi seculi premia comparare non negligant. Hac enim ita personarum fideli
um distantia consistere ecclesiam docet propheta. cum tres solum uiros in tempo
re uindicte celestis noe scilicet et daniel et iob asserit liberandos. et cum
he suum gradum singule intemerate custodierint ordinatam numerum castro
acie monstrant. et ob id insuperabile cunctis hostibus. xpi sponsam reddunt
hec anima quoque perfecta cum ita uirtutibus operam dat. ut nullum in eis uicius
locum relinquat. terribilis profecto hostibus. ut castrorum acies ordinata
prosistit. Nam si ita uerbi gratia continentie studet. ut uirtute humilitatis
non teneat. aut si sic eleemosinarum opera exercet. ut superfluae locutionis
culpa linguam non refrenet. aut ita orationibus. crebris insistit. ut affectum di
lectionis proximis impendere dissimulet. talis numerus anima munus et
terribilis hostibus. quia uirtutum suarum castra munit perfecte ordinauit. quae
ex parte quidem firmiter disposuit. sed ex parte reliquit in ruina. Ipsorum
quia una eademque ecclesia xpi partim iam cum suo rege gaudet in celo. partim
adhuc pullo militat in mundo. potest hoc quod ait. pulchra es amica mea
suauis et decora sicut hierusalem. de illa et parte intelligi. quae confecto suo
certamine et cursu consummato. corona iustitiae iam percepit. Quod ut subdit
terribilis ut castrorum acies ordinata. de eis autem conuenienter potest
accipi. qui adhuc corpore retenti insidiantem circumsecantem aduersario in
modum leonis rugientem fortes fide resistunt. hec pulchra et ecclesia suauis
et decora sicut hierusalem. urbis quae spiritaliter ac deo digne ipsa intuis operatur
terribilis et ut castrorum acies ordinata. quia spiritale suum imperium toto orbe
dilatare repugnantibus et aliis seculi potestatibus contendit. Et quidem roma
norum quondam siue graecorum taliarum quarumque gentium ut castrorum acies ordi
nata. quia magna numerum mundum uirtute premebat. sed suauis ac decora sicut
hierusalem non erat. quia uere pacis gaudia sperare et imitari nesciebat. At uero
ecclesia et pulchra et suauis et decora sicut hierusalem. quia celestem uirtutis agere
uitam consuetum et terribilis ut castrorum acies ordinata. quia barbaros et
nationum diuersarum animos ac mores ad suum ritum trahere satagit. que
tamen quia nec dum faciem dilecti sui quam maxime quemque cernere meretur
subsequentem audit. Auerte oculos tuos a me. quia ipsi me auolare fe
cerunt. Ecclesia aperte ei dicat. Oculos quidem columbinos habui. quibus scrip
turarum archana cognoscerem. quibus uirtutes amicis se cernerem. quibus
semitas iustitiae per quas ad me uenirem dinoscerem. sed cauete ne ipsos ad huc
oculos meos ad me uidendum intendere queatis. Non enim uidebit homo faciem